



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Vitæ durities.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

corporis: statura procera, virilis faciei dignitas; coma, quam pro more gentis, modicè promittebat, nigricans, vix extrema senectæ canis aspersa; barba ex subnigro rufescens: oculi, tametsi alter absque foeditate laborabat, ad vltimum vsq; immensæ illi lectiõni pares. Ceterùm viri industriæ, dictis, aliisq; rerum agendarum adminiculis præcipuum dabat robur, ac pondus autoritas vitæ. Nihil in eo, quod ex merito vituperaret aduersarius, nihil quod desideraret auditor, inueniebat. Illi batus erat corporis pudor, ac mentis; & quædam ex toto habitu in veneranda seueri dignitate viri virginalis sanctitas emicabat. Quo in gẽere videbatur extra commune naturæ vitium positus, ac ne scire potius hostem, quàm vincere, cum tamẽ nunquam excubias, custodiamq; acrem remitteret, nũquam arma poneret. Cibi perparcus, somnique, ac plerunq; cum inediæ, tum vigiliarum, itemq; ciliciorum, ac flagrorũ immodicus. Itaq; sæpe ad Generales Prepositos vt nimium se se his, aliisq; ærumnis macerans, & discrucians delatus est; & ab iis de modo adhibẽdo commonefactus: & tandem cum Rectore, apud quem versaretur, communicare, quæ faceret, atq; eius consilia au-

t                      dire

*Pudicitia illi-  
bata.*

*Vita durities.*



*Modestis ex-  
terior.*

*Lingua mode-  
ratis.*

*Candidus ani-  
mies.*

dire iussus. Sobrietatis constantiam nullæ locuple-  
tum, magnatumque, quas cogebatur interdum  
subire, de suo gradu dimouebant epulæ. Neq; ea  
tñ siue per ostentationem leuis, siue per tristitiam  
onerosa conuiuis, sed ab religiosæ comitatis de-  
linimento, cæteræq; vitæ conuenienti, illustriq;  
tenore venerāda, & amabilis erat. Vultus, conspe-  
ctus, incessus, gestus, & quicunq; motus ad Chri-  
stianam humilitatem, & seriæ personæ speciem  
compositus. Cultus corporis, atq; amictus Euan-  
gelico pauperi consentaneus, procul à sordibus,  
sed multò magis à nitore; neglectior, quam cu-  
riosior. Oratio cum maturitate lenis, & sine au-  
steritate grauis. Risus perrarus, isq; grauitate con-  
ditus, idemq; non nisi index humanitatis, & cari-  
tatis in tempore condimentum. Lingua in qua  
emendata perfectionē merito statuit S. Iacobus,  
planè sancta, nescia nugarum, in mediis aulis re-  
ligiosa, vbiq; cælestia laudum diuinarum mella  
manans. Candidus, ac liberalis animus: ad inna-  
tam bonitatem addita bonæ simplicitatis volun-  
taria cultura, diuinæque ante omnia perfectione  
gratiæ. Benignus in existimatione, ac prædicatio-  
ne alienæ virtutis. Gregorium quidē Rōsephium,  
& Pau-